Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Juristische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. II, 79
Signatur:	Cent. II, 79

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

psonar ipar excessus remanerent incorrecti. tanium nerui
diminuitur ecclesiastice discipline. Nos itaque intendentes salu
bre remedium adhibere omnes indulgentias et priuilegia hii quibus
signatiuis per sedes ecclesiasticas uel secularibus cuiuscumque sint preeminen
tie dignitatis conditionis aut status sub quacumque uerborum forma concessa
uel per quos regularibus religiosis eorum ue filiis et monachis religiosorum q
busdam. non personarum tamen sed ordinum uel priuilegiatorum locorum in hac
ratione immunitatis huiusmodi concedere dumtaxat exceptis. de fratrum
minorum consilio ad ordinariorum sententias et processus editos pretio p
hiis extendi. Et si forsan quo ad sententias et processus huiusmodi aliqua
concessa inueniuntur expresse. ad instar fe. re. alex. pape. pd.
nostri ipsa in quantum per ea ordinariorum iudicum iurisdictio tangi
penitus reuocamus. Nichilominus locorum diocesanis et quibuscumque or
dinariis aliis iudicibus ut in suos subditos pertinentes ad eos p
tinet indulgentiis et priuilegiis ipsis necessarium obstantibus
iurisdictionem suam et censuram ecclesiasticam exercere libere
valeant concedentes. Clemens. iiij. ad perpetuam rei memoriam.

De priuilegiis et remissionibus.

Sedis apostolice quam specta benigna
Sanctitas circa concessionum gratias in quibus intentionis fre
quenter aiunt ut illam super prouidentiam reseruare semper intendit
ut nullatenus eas optinentibus proueniat commodum. quam aliis materia
scandali seu grauaminis non inueniat detrimentum. Ad au
dientiam nostram siquidem non sepius non sine animi turbatione peruenit
quod cum sedes ipsa de sua solita benignitate nonnullis religiosis
domibus hospitalibus et aliis piis locis, pro eorum subuentioni
bus litteras seu indulgentias aliquando concesserit in certa continentes
ut nuncii seu portatores earum in locis ecclesiasticis ad que deuene
runt honeste recipi debeant et caritatiue tractari. quodque fi
deles certis diebus conuocari debeant ad audiendas exhor
tationes seu predicationes eorum acceptis elemosinas por
rigendas. huiusmodi portitores seu nuncii eisdem litteris et indulgentiis
multipliciter abutentes. nulla sepe confingunt que neque continentur in eis
neque de intentione eiusdem sedis aliquatenus processerunt. Nam
illarum pretextu se in hospiciis prelatorum et rectorum aliorumque cle
ricorum et ecclesiarum ad quas peruenerint eis inuitis recipi se que clamare
faciunt mittunt. procurantes illos si secus fecerint et ipsos pre
latos eosdem si rectores capellanos et alios clericos sibi sub
iectos in rectores quoque et capellanos eosdem si eorum quibus
parochianos suos certo die et loco non conuocent per fuatores
a se ap. ut asserunt deputatos seu per locorum ordinarios
quibus per aliquas certis certis litteris super hoc iurisdictio uideatur attri
buti. suspensionis interdicti et excommunicationis sententiam promulgarunt.
Ex quo in conueniens illud frequenter accidit quod certe sedi que in
hac parte culpabiliter non existit. sepe detrahitur. et plurimum
quosque fidelium prebetur scandali materiam quam inde oriri
contingit plurimos nimium perturbat. Quia uero de intentione
pd. nostrorum non extitit. et de mente nostra non existit ut litterarum memo
rate ac indulgentie concesse ad pietatis officium grauaminis
et scandali debeant producere nocumentum. nos clamo
ribus quos super hoc sepe recepimus finem imponi uolentes. presen
tium auctoritate statuimus ut prelati rectores et clerici memora
ti litterarum et indulgentiarum ipsarum baiulos cuiuscumque religio
nis aut conditionis fuerint in hospitiis suis inuitis recipere
illos quoque procurare aut conuocationes facere nullatenus tene
antur pretextu indulgentiarum litterarum ipsarum. Quas quantum
ad conuocationes easdem penitus reuocamus. suspensionis
aut interdicti et excommunicationis sententias in quascumque secus promulg.
ti contigerit ex tunc manere irritas decernimus ac
nullius existere firmitatis. Expliciunt constitutiones
clementis pape. iiij. Deo gratias. Incipiunt constitu
tiones urbani. iiij. De concessione prebende et ecclesie non va

Urb.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis cantori
et filiis decano. thesaurario. ac officiali Ebroy
censi. salutem et. Significarunt nobis dilecti filii
abbas et conuentus monasterii sancti stephani de cadomo
ordinis sancti benedicti baiocensis diocesis. quod nichilominus de sancto
paulo se pampenn clericum assensis super prouisione sibi fa

cienda de beneficio ad eorum collationem spectante et si aucto
ritate literarum. fe. re. alexandri pape. iiij. pd. nostri sub certa forma
sedem quam pro pauperibus clericis consueuit scribere ad eosdem abbatem
et conuentum primo monitorias et postmodum preceptorias in uirtu
te obedientie litteras impetrauit. Tandem filio suo pretendentes quod dicti
abbas et conuentus eidem de huiusmodi beneficio cum possent neglexerant
prouidere. ad dilectum filium magistrum iohannem dictum buchenum
archidiaconum de exon. in ecclesia baiocensi. eidem pd. litteras
spectantibus. ut si dicti abbas et conuentus eidem clerico de huiusmodi beneficio
cum possent a dicto archidiacono moniti prouidere negligerent
dictus archidiaconus ad prouisionem ipsius clerici per se
uel per alium procederet iuxta per eorum continentiam litterarum. Et dictores
et rebelles per cen. ec. ap. postposita compescendo. vacante uero
ecclesia sancte marie de septem uallibus eiusdem diocesis. non ad collatio
nem sed ad presentationem dumtaxat eorundem abbatis et conuentus
spectante. dictus archidiaconus mandauit eisdem auctoritate huiusmodi litterarum ut
ecclesiam ipsam in dicto clerico conferre curarent. Ex parte uero ipsorum
fuit excipiendo propositum coram eo quod cum dicta ecclesia non ad
collationem sed presentationem ipsorum spectaret prout sciuit et ex
pressum. eam de iure dicto clerico conferre non poterant nec debebant.
et ad presentandum illum predictas litteras in quibus mandabatur eisdem quod
de beneficio pertinente ad collationem ipsorum clerico prouiderent eidem.
minime tenebantur. dictus uero archidiaconus eos super hoc audire recu
sans nec expectans quod aliquod beneficium spectans ad eorundem ab
batis et conuentus collationem uacaret. predicto clerico ecclesiam contulit
memoratam. in ipsorum abbatis et conuentus preiudicium et grauamen.
Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus. quatenus si uobis constiterit
ita esse. sic eadem ecclesia in predictis fuerit dicto clerico sepedicto. contra
dictores per cen. ec. ap. post. compescendo. Quod si non omnes. etc.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei. De reliquiis et ueneratione sanctorum.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei. venerabilibus fratribus patriarchis ar
chiepiscopis. episcopis. et dilectis filiis abbatibus etc. salutem et apostoli
cam benedictionem. Transiturus de mundo ad patrem dominus noster
ihesus christus saluator noster cum tempus sue passionis instaret sumpta
cena in memoria mortis sue. instituit summum et magnifi
cum sui corporis et sanguinis sacramentum corpus in cibum et san
guinem in poculum tribuendo. Nam quotiescumque hunc panem
manducamus et calicem bibimus. mortem domini nuntiamus. In
institutione quidem huiusmodi salutiferi sacramenti dixit ipse apostolis. hoc
facietis in meam commemorationem ut prepuum et memori
ale sui amoris eximii quo nos dilexit esset hoc nobis pre
ciosum et uenerabile sacramentum. memoriale inquam mirabile
ac stupendum delectabile ac suaue et carissimum et super omnia
preciosum. In quo innouata sunt signa et mirabilia permu
tata. In quo habetur omne delectamentum et omnis saporis sua
uitas. ipsaque dulcedo domini degustatur. In quo utique ui
te suffragium consequimur ac salutis. hoc est memo
riale dulcissimum memoriale salutiferum in quo gra
tam redemptionis nostre memoriam recensemus. In quo
a malo retrahimur confortamur in bono. ad uirtutum et gratia
rum proficimus incrementa. In quo profecto proficimus ipsius cor
porali presentia saluatoris. Alia namque quorum memo
riam agimus spiritu mente que complectimur. sed non propter hoc
realem eorum presentiam optinemus. In hac uero sacramentali christi
commemoratione ihesus christus sub alia quidem forma. sed in natura
propria est nobiscum. Ascensurus enim in celum dixit apostolis et
eorum sequacibus. Ecce ego uobiscum sum usque ad consum
mationem seculi. Benigna eos promissione confortans
quod remaneret et esset cum eis. et presentia corporali. O di
gna et numquam intermittenda memoria qua mortem
nostram recolimus mortuam. nostramque interitum inter o
bitum interisse lignumque uiuificum ligno crucis affixum
fructum nobis attulisse salutis. Hec est commemo
ratio gloriosa que fidelium animos replet gaudio
salutari. atque in confessione letitie deuotionis
lacrimarum subministrat. Exultemus nimirum nostram
rememorando liberationem et recolendo passionem